pore reſpectiuè conceſſa intelligantur. Ita ꝙ, ea quæ in honorem Sanctorum Dominici, Petri Martyris, Thomæ de Aquino, Catherinæ de Senis, Fratribus, vel locis Prædicatorum, ſunt conceſſa, omnia illa Fratribus Minoribus præfatis, eorumq; locis, ac feſtiuitatibus Sanctorum Franciſci, Antonij, Ludouici, Bernardini, Bonauẽturæ, Quinque Martyrum dicti Ordinis, qui apud Marrochium Martyrij coronam adepti ſunt, et Sanctæ Claræ, ac in aliis feſtiuitatibus dicti Ordinis Minorum, licet ſint in maiori numero, quam feſta ipſorũ Fratrum Prædicatorum, ſint et intelligantur conceſſa. Ex Compendio Archiepiſcopi Ceſarienſis. ver. Communicatio priuilegiorum. num 9.10.&.11. Et in Compendio priuilegiorum. nu.13. Hoc idem indultum refert Frater Emanuel. Tom.1.qq.q.55. art.20. Circa hanc conceſſionem vide ea quæ dicuntur, ver. Feſta. Ordinum, num.

COMMVNICATIO CVM *Monialibus.*

21 ¶ Leo.10. conceſſit, ꝙ ſicut Moniales Sanctæ Claræ gaudẽt priuilegijs Fratrum Minorum,